

- in manuali pastorum c. 43. num. 1., Bellet. quis. Cleric. p. 1. tit. de disciplina Clericali §. 15. num. 96., Barbosa de officio, & potest. Epis. alleg. 75. num. 1., & in can. discordantes Clericos per tex. ibi sub num. 1. dist. 90.
- 82 Tenetur, & pauperes extremè indigentes, non solum elemosinis adjuvare, sed etiam perquirere, ubi aliqualem dubitan- di rationem habeat, quando subditus aliquis suæ Dioecesis indigeat, & tempore gravioris necessitatis, ut pestis, belli &c. te- netur etiam propriam suppellecitem in pauperes extremè indigentes insumere, Capisuch Controvers. 30. §. 5. Vers. Tenetur au- tem, & si hoc negligat peccat graviter, ad tradita per Turrecremat. in §. sollicitum dist. 84. num. 4., Diana p. 4. tract. 3. resol. 34., unū in quo velim, Episcopus consideret, quod si Episcopus debet in divinis misteriis & utroque testamento esse eruditus, quod per Pontificalem mitram bicornutam signifi- catur, hæc scientia, & eruditio, primò per elemosinam aquisita legitur Luke ult., & cognoverunt eum infractione panis, unde Greg. in homil. notat (non est cognitus ipse do- minus à discipulis in via dum loqueretur, & in domo cognosci dignatus est dum pascitur, quasi elemosina pauperibus erogata sit medium, quo, Deus Divinorum scientiam infundat, & hoc cedit in magnum Episcopi bonum; Respectu verò Pauperum dixit Christus, Luke 12., quis putas est fidelis servus, & pru- dens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram, constituit ergo Dominus Episcopum super familiam suam, ut det subditis mensurā tritici, pariter idem, Greg. relatus in c. fra- trem dist. 86., dicit, quod Episcopus debet habere largam manum, erga necessitatem patientes. Qua propter in c. Archidiaconum Florentinum dist. 85. notatur, ut indignus ille Archidiaconus in Episcopum electus, etiam, quia tenax erat, ut in domo ejus amicus ad charitatem nunquam intraret.
- 83 Tenetur, & Clericos negotiatores, vel turpia officia exercentes, corripere, & à negotiatione, vel à turpibus removere quā- tum in se est, alioquin negligentia cul- patur Clem. I. in fine de vita, & honestate Cleric. c. irrefragabili de officio Judic. ordin. ubi Barbosa num. 9., quod hæc negligentia ef- fet peccatum mortale, & Ambrosius relatus in C. quidquid 8. q. 1., ait, quomodo, & qua fiducia succensam laicis, si Clericos magis video negligentes.
- 84 Negligens purgare suam Dioecesim ab hæ- reticis potest deponi c. excommunicamus in fine de hereticis, ubi glosa in Vers. Indicis, im- mō Episcopos negligentes sepè fuisse depo- sitos, testatur Concil. Magontin. relatum in c. dictum dist. 81.
- 85 Si Episcopus negligat exequitionem ulti- marum voluntatum, post quam ad eum devoluta est, ut dicam in art. de hæredum negligientia, potest quilibet de populo insta- re prò tali exequitione, tex. est in §. finalem locorum in Autb. de Eccles. tit., & Bartol. in l. necquam §. fin. ff. de officio Proconsol. etiā si testator hoc prohiberet Leoncil. de privileg. pauper. privilegio 131. num. 1., & 2., & privil. 165. num. 17.
- 86 Neque Episcopus excusari potest à prædi- ctis ex capite ignorantiae de qua latè differ- vimus p. 1. art. 3., nam in Episcopo igno- rantia juris, & sacrarum litterarum dam- nabilis est, immō in multis ignorantia fa- cti, neque excusari, quia sicut Pastor, debet Episcopus invigilare, ut oves sibi cre- ditas, ita pascat, ut etiam quotidie ad pa- scua saniora, & sanctiora dirrigat, ut in facto errantes revocet, & reducat, de quo aliqua scribit Jo. Bapt. Costa in tract. sciat, aut ignoret nihil refert reg. 21.
- 87 Hæc negligentia in Episcopo regulariter reputatur peccatum mortale, ut dixit Ab- bas in c. illa propositorum num. 3. de accusat., & in c. 2. num. 4. de prescript., & culpæ im- putatur, idem Abbas in c. quamvis num. 2. de reg. Jur., ideo talis negligentia delictū dixerunt: Butr. & Abbas in c. ea quæ num. 1. de officio Archid. ibique glos. in Vers. Rea- tu, Borell. de compromiss. §. 4. glos. 6. num. 4. 5. 6.
- 88 Episcopus à suo subdito excommunicato suppliciter, & cum debita reverentia ex- petitus, ut ei absolutionem impetrat ab excommunicatione, si absque justa causa negligat, absolutio devolvitur ad Archiepiscopum, vel alium superiori, in pœ- nam illius negligentiae, c. Prudentiam §. sexta c. Pastoralis §. Preterea c. ad reprimen- dam de Officio Ordin., c. per tuas in fine de sent. excommun. in 6., Roman. Conf. 387. nu. 4., Borell. de Compromiss. §. 4. glos. 6. n. 25.
- 89 Episcopus convertens aliquem populum, seu locum ad fidem, qui locus spectaret ad alium

- ad alium Episcopum, triennio retinendo sub suo regimine, talem locum à se con- versum, nec Episcopus ad quem specta- bat illum repetat, in pœnam talis negli- gentiae, contra illum præscribit, ita ut ul- terius ab eo repeti non possit, nisi in casu quo de tempore conversionis vacasset Ec- clesia Episcopalis, vel esset in schismate, quia tunc Episcopus dicitur impeditus, ne- que est negligens, neque currit præscrip- tio, tex. est in c. Placuit de præscript.
- 90 Neque brevioris temporis spatio, neque sex mensium contra Episcopum negligen- tem aliis Episcopos diligens partem Dio- ecesis ad fidem conversam præscriberet, nisi illum prius admonuisset, & adhuc ille mo- nitus neglexisset reducere partem illam suę Dioecesis ad fidem, ad statuta per Concilium Africani c. 88. relatum in can. Placuit 16. q. 3., ubi glos. in Vers. negligunt notat, quia delictum Episcopi in omitendo nocet Ec- clesia; quæ amittit partem illam ab alio præscriptam, non verò sic nocet per deli- ctum in committendo, unde in hoc casu plus nocet delictum in omitendo, quam in committendo; non inquam spatio tan- tum sex mensium, sed sex menses assignan- tur ibi pro tempore admonitionis, ita ut post sex menses possit Episcopus vicinus supplendo negligentiam proprii Episcopi, curare conversionem, eaque sequa, incipit currere triennium, qui cursus requiri- rit omnino ad præscribendum, ut notat glos. in eod. c. Placuit in Vers. pertineant 16. q. 3., & Barbosa in collect. ad dictum c. Placuit de præscript. sub num. 3. Vers. ad tertium com- munis concordia est &c.
- 91 Ita pariter Episcopus negligens procede- re contra hæreticos, vel errores dissemi- nantes, puniendus erit usque ad privatio- nem, seu depositionem Pontificalis digni- tatis, ex confit. Martini V. incipit Inter cun- cetas ad finem lata contra Jo. Viblef., & Jo. Hus, quæ habetur post directorum Inquisitorum folio mibi 40.
- 92 Sanctus Carolus Borromeus Mediolanensis Archiepiscopus, non leviter invexit in Episcopum dicentem, sibi multum tem- poris superesse ad otium, quasi cuncta in suo Episcopatu, ita recte essent composi- ta, ut majori non indigerent diligentia, & vigilancia, in quem pastorali zelo exar- fit, dicens, quod si vellet munus suum im- plere, nec erit momentum temporis ad otiandum, de quo, & meminit Franciscus Leo Thesaur. fori Ecclesiastici p. 4. c. 2. num. 26., & seqq.
- 93 Negligentia Episcopi in solvendis debitis, non eum liberat à solutione eorundem, si moriatur, vel ad aliam Ecclesiam transfe- ratur, idèo in decis. 40. p. 3. Putei, dictum fuit, Episcopum Ecclesiæ Zamoren. trans- latum ad Compostellanam; adhuc teneri solvere debita contracta, dum erat in Ec- clesia Zamoren., nec juvari mora, qua- tenus neglexit ea debita solvere, dum erat in ea, quia hæc negligentia sibi non succe- sori debuit nocere, erat autem obligatus ad debita solvenda, quia fructus Ecclesiæ Zamoren. perceperat.
- 94 Ciprianus in libro duodecim abusorum, inter cæteras abusiones enumerat Negligentiam Episcopi videlicet (sapiens sine operibus) se- nes sine religione (adolescens sine obedientia) (dives sine elemosina) (femina sine pudicitia) (Dominus sine virtute) (Christianus contentio- fuscus) (Pauper superbis). (Rex iniquus). (Epis- copus negligens) (Plebs sine disciplina) (Popu- lus sine Lege.)
- 95 Graviora mala subsequuntur in Clero, & populo, si Episcopus negligat audire om- nes, & singulos accedentes, ac petentes eum alloqui, neque immunis esset à cul- pa, si accedentes reiiceret ad Vicarium, etiam satis idoneum, quia onus Episcopa- le est personale; ita Apostolus ait 2. ad Ti- motb. ministerium tuum imple, notando quod dicit tuum non alterius (ut supra etiam no- tatum est), & divini spiritus assistentia promittitur Pastori, non Vicario; tum quia multa confidentius aperientur Episcopo, qui si audire negligat, nec aperientur Vi- cario, hinc vulnus non alligatur, Idèo D. Jo. Chrysostomus usque ad medianum noctem semper paratus, & expositus erat, ut accedentes audiret, Alias cavere debet Epis- copus, ne contra se usurparetur dictum eujusdam Vetulæ Macedonæ, quæ Deme- trium Regem alloqui cupiens, audiri expo- stulans, cum fibotium non esse, Rex respon- dit, audiendi, ergo, neque imperandi, sub- intulit illa, unde Augustinus ait Episcopus non est, qui magis eligit præesse, quam prodeesse, dum commissarum ovium negligit dignoscere in- digentias.
- 96 Refertur in libello intitulato lumen à vivi dall. Gg 2 esempio?

*c*esempio d' morti folio mibi 120. in fine nu. III. Quod Episcopus quidam alias virtutum se-
ctator, post mortem plures, & graves cru-
ciatus patiebatur, ex eo quia vivens Epi-
scopus neglexit punire Clericos, ac justitiā
exercere, ac in eodem libello n. 250. refertur
quod, Sanctus Gregorius Episcopus Turo-
nensis alapam passus est, dum in nocte na-
tivitatis Domini p̄r̄ lassitudine dormita-
ret, dum populus in Ecclesia oraret, unde
evigilans surrexit, & in Ecclesia fusis la-
crimis suam negligentiam expiavit.

97 Neque existimo pr̄termitendum verba facere de Episcopo, qui aliena consilia spernebat, sapientum responsa parvi faciens, quod non ex malitia, saltem ex imprudentia negligenter, quod satis gravibus verbis redarguit, D. Greg. ad quemdam Campaniae Episcopum, relatus à Gratian. in c. Pervenit dict. 48. ibi (& quod adhuc dici gravius est, consilia sapientum, & recta suadentium, nulla patiatur ratione suscipere, ut quod per se nequit attendere, ab altero saltem possit addiscere) negligere autem sapientum consilia, est propriam salutem negligere, dicente Spiritu Sancto Proverb. c. xi. vers. 14. salus autem ubi multa consilia, & Proverb. c. xii. Vers. 15. quā autem sapiens est, audit consilia. Ad hoc notat D. Bonaventura in c. 1. lamentationum Hieremie, quod eis lamentationibus pr̄mittitur littera Aleph., quā interpr̄etatur doctrina, & sensum hujus, seu misterium elicit dicendo (quod defectus doctrinæ causa fuit subversionis populi, propter quod Prophetæ pr̄mittit Aleph. bortans homines attendere pericula sua multiplicata, ne fallantur) unde si negligentia populi in discendo, in audiēdo consiliarios, & Sacerdotes, fuit causa tantæ ruinæ, quam Profeta amarissimis deflet lacrimis, quid operabitur negligentia in Episcopo, qui ex negligentia in discendo, aut audiēdo sapientum consilia, esset causa ruinæ temporalis, & spiritualis populi sibi commissi, qua propter Augustinus licet ingeniorum Fœnix, intersipientes Sol Oriens, inter Doctores probatissimus magister, & inter Episcopos omnium virtutum exemplar, tamen auctate provectus, regimine practicus ait, à juventute insitui, & doceri non deditur, & referatur à Gratiano in c. si habes 24. quæst. 3. Clemens quoque Papa epistola 3. relatus in c. nullus Episcopus dist. 38. ibi (Nullus Episcopus

propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis à parvulis, vel minimis eruditis, si quid fortè est utilitatis, aut salutis inquirere neglegat) iterum Greg. relatus in c. de Constantiopolitana dist. 22. scribit (tamen si quid boni, vel ipsa, vel altera Ecclesia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum, stultus est enim qui in eo se primum existimat, ut bona, quæ viderit discere contemnat).

98 Utrum in supradictis omnibus casibus negligentia Episcopi sit peccatum mortale de se, præcis circstantiis, hic venit inquirendum, ut eo magis Episcopale onus urgeamus; Et quidem primo dico, quod si negligentia Episcopi sequeretur ex contemptu, esset semper peccatum mortale, quia cum Episcopale munus sit grave, & spe-
ctans aliorum salutem, ac bonum Ecclesiæ regimen, contemptus in suo munere gravis est culpa, tum propter scandalum, tum propter præjudicia animabus, & Ecclesiæ Dei provenientia, ideo D. Thom. 2. 2. q. 54. art. 3. in corpore constituit regulam, quod negligentia tunc sit peccatum mortale, quando est voluntaria omisio, circa ea, quæ sunt Dei, & hoc præcipue, quando negligentia sequitur ex contemptu: Sylvester Vers. negligentia Vers. quomodo autem, & quando.

99 Secundū, dico ferè semper esse peccatum mortale, quia ferè semper ex negligentia Episcopi aliquorum salus periclitatur, & Ecclesiæ Dei regimen, aut confunditur, aut deordinatur, ad tradita etiam per D. Thom. d. art. 3., Tum quia negligentia Episcopi est ferè semper de sibi præceptis sub gravi culpa, quod non obscurè indicavit Trid. sess. 24. c. 1. de reform. in fine per hec verba (& bonos maximè, atque idoneos Pastores singulis Ecclesiæ preficiat, idque èo magis, quod ovium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium, & sui officii immemororum Pastorum regimine peribunt, Dominus noster Jesus Christus de manibus ejus sit requisitus), & Paulus 2. ad Timoth. c. 4. Tu verò vigilia, in omnibus labora, ministerium tuum imple, hinc Trid. sess. 6. c. 1. de reform., post has auctoritates ait (cum certissimum sit, non admitti Pastoris excusationem, si lupas oves comedit, & Pastor nec sit) præcipitur ergo Episcopos vigilare in omnibus, nec habere excusationem, si lupus ovem rapiat, & ipsi ex negligentia nesciant,

nesciant, quod esse inexcusabile importet Pastoris damnationem, quæ est effectus con-sequens ad mortalem culpam.

100 Vidimus ergo quam grave peccatum sit negligentia Episcopi, verū, ne quis putaret temerè, & irreverenter corripere ipsum, admonet Alexander III. in c. Statuum de supplenda negligentia Prelatorum, quod cum humilitate, ac devotione, sicut convenit requiratur, ad quod S. Clemens I. bujus nominis Pontifex in epistola 1. ad Jacobum fratrem domini columnæ xi. scribit per hæc verba (Ipsi autem Episcopi si exorbitaverint ab istis, non sunt reprobendendi, vel arguendi, sed sup-
portandi, nisi in fide errauerint) hinc de Episcopis pronuntiat illud Christus Dominus Matb. 23. quæcumque dixerint vobis servate, & facite, secundum verò opera eorum nolite face-re, quod ut primo Regum c. 3. vidimus ser-vatum, dum puerulus Samuel non audebat patefacere Eli summo Sacerdoti mala eidem imminentia propter negligentiam, & non nisi iussione coactus, ac tremens, & pavens, sibi à Deo revelata aperuit, & indicavit, & Nicolaus Papa relatus in c. No-lite dist. 21. ait, nolite nos existimare facta cuiuscunque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione, velle defendere, sed quod ita velinus filios circa spiritualem patrem, & discipulos erga magistrum, devotos, ac sobrios esse, ut nulla penitus temeritate ad eorum vi-tam, ut non dicam diudicandam, sed nec saltem tenuiter reprehendendam proficiant.

101 Animadvertant quæso serid Sacratissimi Episcopi, id quod notatur in c. 1. dist. 34. & ex eo cap. per Grafum p. 2. decis. Aarea-rum c. 3. num. 12. scilicet, quod Episcopus, qui venationi, aliisque secularibus ne-gotiis dat operam, in rebus divinis Ecclesiæ servitio, & regimine, animatumque curè, tanto sit negligentior, juxta illud adagium pluribus intentus deficit ad singula sensus, Episcopatus enim totum requirit hominem, nec fortè totus sufficit homo, ea propter dicitur onus Angelicis humeris formidandum, quod etiam notavit Turrecremata in c. Qui venatoribus sub num. 4. dist. 86.

102 Unum præ cæteris per maximè utile profuturum, praxis docuit, si sacratissimi Antistites in eo saltem D. Carolum Borroméum Archiepiscopum Mediolanensem Purpuratorum decus, immitari dignaren-tur, qui duos Monitores sibi ex prudentio-

ribus elegerat doctos scientia, discretos spi-ritu, praxi, & moderatione eruditos, qui cuncta, quæ per ipsum fiebant, aut omit-tebantur, quotidie indicarent, tam respe-ctu sui, quam aliorum, ex quo perfectio-ris sollicitudinis attigit verticem, ut acta Mediolanensis Ecclesiæ mirificè patefaciūt, si ergo Sacratissimi Præfuges similes Moni-tores sibi diligenter, neque quotidie dedi-gnarentur audire, & monita non negligi-ent, sperandam facile puto, Christiano-rum morum in universa Ecclesia refor-mationem, sicuti in Mediolanensi Diœcesi de-monstravit eventus.

103 Reprehensibilis est enim Episcopus, qui à perito subdito contemnit edoceri, ut gra-viori sententia scripsit Sanctissimus Ponti-fex Clemens epist. 3. relatus in c. Nullus Epi-scopus dist. 38. ubi, quod Episcopus negligi-gens eridiri à subdito Iavene, vel igitobi-li, propter opprobrium senectutis, vel no-bilitatem generis, potius est membrum diaboli, quam Christi.

104 Clara est dispositio Concil. Trident. sess. 24. c. 20. de reform., ubi, quod omnes cau-sæ ad forum Ecclesiasticum spectantes, etiam si beneficiales sint in prima instantia, coram Ordinariis, debent omnino saltem infra biennium à die motæ litis terminari, alioquin biennio elapo, liberum est parti-bus, vel alteri illarum Judices superiores competentes tamen adire, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quam primum terminent, de qua negligentia vi-de allegata per Barbosam ad dictum c. 20. Trid. num. 59., ubi, quod per negligentiam Episcopi circa id, quod facere debet de-volvitur jurisdictione ad Archiepiscopum, Fel-in. in c. Pastoralis num. 6. de officio Ordinarii, vel ad Legatum: Gambara de officio, & po-testate Legati à latere lib. 2. tit. de Vari. ord. nomin. num. 32., Barbosa de officio, & po-testate Episcopi p. 1. tit. 4. à num. 19., ubi re-fert septem casus, in quibus Archiepisco-pus potest supplere negligentiam Episcopi. Et notandum est, quod ista avocatio fieri non debet nisi præcedente negligentia Ordinarii, quam negligentiam, non incurrit Ordinarius, nisi fuerit prius requisi-tus pro expeditione cause, ut post Mar-cobesan: notat Scaccia de appellat. q. 15. num. 180., & quæst. 17. ampliat. 16. num. 55. ubi quod signatura non soleat in eo casu cau-sam